stolas suas. ut sit potestas eorum in ligno vite et
per portas intrent in civitatem sanctam. Foris canes
et venefici et impudici homicide et ydolis servien-
tes. et omnis qui amat et facit mendacium. Ego Ihesus
meum misi angelum testificari vobis hec in ecclesiis. Ego sum
genus et radix David stella splendida et matutina.
et spiritus et sponsa dicunt veni. Et qui audit dicat ve-
ni. et qui sitit veniat. Et qui vult accipiat aquam
vite gratis. Contestor ego omni audienti verba pro-
phetie libri huius. Siquis apposuerit ad hec apponet
deus super illum plagas scriptas in libro hoc. Et
siquis diminuerit de verbis prophetie libri huius.
auferet deus partem eius de ligno vite et de civitate
sancta. et de his que scripta sunt in libro isto. Dicit qui
testimonium perhibet istorum etiam amen. Veni cito a-
men. Veni o domine Ihesu. gratia domini nostri Ihesu Christi
cum omnibus vobis amen. Explicit liber
Apocalipsis.